



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De Clodovei, Regis Francorvm Victoria Contra Visigothos Arrianos. Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

DE CLODOVEI,
REGIS FRANCORVM
VICTORIA CONTRA
VISIGOTHOS ARRIANOS.

CAPVT I.

SACRAM militiam Christianorum Principum Brabantie, à Clodoueo Rege exordiri oportet. Eius auspiciis Christiani prima omnium pro religione signa Christo duce cum hostibus cōtulerunt, & contra Visigothos, Arriana h̄eresi infectos, feliciter primitias sacri belli confecerunt.

*Hic fuit pri-
mus Rex
Francorum
Christianus,
cui Brabantis
parebant,
nōdum Du-
cem habētes.*

Is enim Princeps sine dubio Brabantie nostræ imperauit, non quidem Ducis honore ac titulo, sed dignitate & maiestate regia. Valentiniano namque tertio Romano Imperatori, qui homo erat libidinosus, gens Francorum, quæ transmisso Rheno in Galliis sedes fixit, omne ius & Imperium, quo Romani à Iulij temporibus in Gallia potiti erant, prorsus abstulit: non tam suis viribus quam prouidentia diuina, iustoq; Dei iudicio.

Clodoueus itaque Francorum Rex, qui è regia Burgundionum stirpe vxorem accep- rat Christianam nomine Clotildem, in bello quod ad Tolbiacum in Vbiis gerebat aduer-

A sus

sus Alemannos, periculi magnitudine, idolorumque diffidentia permotus, repente vuet se Christianum fore. Quo facto, cæso eorum Rege, confessim victor euadit, omnemque Alemaniam sibi tributariam reddidit. Cui ex prælio redeunti obuiam vadit Clotildis, voti magis quam victoriæ caussa. Aderat ei Remigius & ætate & vitæ sanctitate, eruditione quoque & pontificatu venerandus. Occurrit etiam Vedastus, sanctissimus vir, nihil antiquius habens quam ut voto se Clodoueus liberaret. Dignitate enim & probitate atque doctrina hoc agendum erat, ne, posthabito voto, Rex ab Arrianæ sectæ discipulis, qui iam eius sororem Lantieldem impietate infecerant, fraude caperetur. Baptizatus itaque à S. Remigio Remorum Episcopo Rex, suo exemplo & edicto, Francorum gentem ad fidem Christi perduxit; Lantielde etiam sorore ab Arriana hæresi conuersa.

Anno Chri-
sti 509.

lib. I. c. 10.

Neque multo post Rex Christianissimus signis diuini auxilij ad bellum animatus, cum Alarico Visigothorū Rege congressus, eoque perempto, quidquid in Galliis Visigothi posse federant, Franciæ restituit, & Tolosam iuadens sedem regni Gothorum, usque ad Pyrenæos montes regnum dilatauit. Quam pugnam, ait Annonius, ideo quam maximè noscitur inchoasse, quia Gothi Arrianæ hæreseos secuti Burgundiones erant, optimam-

que

que Galliarum partem, à fluvio scilicet Ligeris, usque ad Pyrenæorum iuga montium obtinebant.

De victoria Theodorici Regis, contra Cochlanicum Danorum Regem in agro Antuerpiensi.

C A P V T II.

CLODOVEVS pius Rex cùm triginta Hic fuit se- Cannis regnasset, & regnum Francorum cundus Rex Christianus, per omnes Gallias dilataasset, hæredes insti- cui Brabantii tuit, à Regina vidua sancta Clotilde, libe- subfuerunt. ros quatuor, è quibus Childebertus Par- rhisiis, Clotharius, Sueffionis, Clodamirus Aureliæ, & Theodoricus Metis regni se- des posuerunt.

Quibus secundum annum regnantibus, Anno 516.
Sigebertus. Theodoricus Rex, Clotharij frater, Cochilanum regem Danorum Gallias vastantem peremisit. Id quod latius his verbis prosequitur S. Gregorius Turonum Episcopus: Dani lib. 3, cap. 3. cum Rege suo nomine Cochilaico, classe nauali per mare Gallias appetunt. Egressique ad terras, pagum vnum de regno Theodorici deustant, atque in suam redigunt potestatem. Oneratisque nauibus, tam captiuis quam reliquis spoliis, ad patriam reuertuntur. Sed Rex eorum in litore residebat, donec naues altum mare comprehendenderent, ipse mox secuturus. Quod cùm Theodorico nuntiatum fuisset, quod scilicet regio eius

A 2 fuisset